

Brixienſes poſt paucos dies de mandato ipſius
Fratriſ Joannis dederunt eidem Fratri Joanni
Cartocium Veronenſium, & in eo, & ſuper
eo Cartocius ipſe Frater Joannes aſcendit in
Foro Verone, & de voluntate Populi Veronenſis ipſe Frater Joannes ſe elegit in Ducem
& Poſtatem Verone, & de voluntate Populi
Veronenſis ipſe Frater Joannes Populo claman-
te fuit electus in Ducem, & Rectorem
Verone. ^{die} XXIⁱⁱ Julii dictus Frater Joannes
in tribus diebus fecit comburi & cremari in
Foro & glara de Verona LX. ex melioribus
inter maſculos, & feminas de Verona, quos
ipſe condemnavit de heretica pravitate. Eo-
dem Anno Feſtivities, & Curia facta & cele-
brata fuit Verone inter Sanctum Jacobum de
la Tomba, & Sanctum Joannem Lovototum
ſuper ripas Atacis in Pratis, quæ appellantur
Vigomondoni; & facti fuerunt duo Pontes
ſuper flumen Atacis, ſuper quibus gentes am-
bulabant, hinc inde tranſeundo. Et ibidem
interfuerunt Brixienſes, Mantuani, Paduani,
Treviſui, & Vincentini cum eorum Cartociis
& carſetis, & maxima multitudo cir-
cumſtantium Civitatum, videlicet de Bono-
nia, Ferrara, Mutina, Regio, & de Parma;
& reputatum fuit ibi fore, & fuisse quatuor
centum miſſia perſonarum, & ultra. Et etiam
ibidem fuerunt omnes Episcopi, & Preſati
Civitatum omnium predictarum. Super quo
Belfredo ipſe Frater Joannes aſcendit, & pro-
nuntiavit Pacem inter Comitem Rizardum, &
ejus Partem, & Icerinum de Romano, Mon-
ticulos, Quatuor viginti, & eorum partem; &
inter ſe dederunt oſculum inviolabilis & firme
Pacis; pronuntians etiam Matrimonium inter
Rainaldum Marchionem Eſtenſem, & quam-
dam Filiam Domini Albrici de Romano ei-
dem traditam in uxorem. ^{die} XXIIIⁱⁱ Septembris captus fuit dictus Frater Joannes
a Paduanis, & ab Ugutione de Pilio in Civi-
tate Vicentie; & poſtea eum dimiſerunt, &
eſt reverſus Veronam. Et eodem tempore
Bononienſes tenentes Caſtrum Hoſtilie pro ipſo
Fratre Joanne, acceſſit idem Frater Joannes
Hoſtiliam, volens ipſum Caſtrum in ſe, quod
ſibi dare Bononienſes penitus recuſarunt. Et
idem reverſus eſt Veronam totali ſua inten-
tione fruſtratus. Eodem Anno XXIV. Maji Bri-
xienſes, & Mantuani cum eorum Cartociis &
Populis venerunt contra Veronenſes, & hoſpi-
tati ſunt in Paquara, & Sancto Joanne Lovo-
toto, & combuſſerunt Lebetum, Ronchum,
Opeanum, Bovum, Villam Paludis, Inſulam
Porchariam, Bodolonum, & majorem partem
Cerete. Et die primo Junii ad eorum Civita-
tes, & Caſtra cum victoria ſunt reverſi. Eo-
dem Anno XXV. Junii Dominus Icerinus de
Romano, Rector, & anterior Partis Monticulo-
rum, & Quatuor viginti cum militibus
ſuis & Veronenſibus, ivit per pontem factum
ad Rivaltram, & cepit Caſtrum Albaredi, ei
datum per illos de Creſcentiis, ſalvis omnibus
rebus ipſorum; & ibidem poſuit ducentos Vu-
ſtodes. Deinde volens ire ad Caſtrum Colo-
nia, eidem obviavit Azo Marchio Eſtenſis;
qui cum ejus amicis eidem Domino Icerino
obviavit, viribus recensitis, & abiit. Eodem
Anno Robertus de filiis Manfredi de Piis de
Mutina fuit Poſteſ Verone de voluntate Do-
mini Icerini, Partis Monticulorum, & Qua-
tuor viginti de Verona, & cum Cartocio, &
militibus de Verona ivit & deſtruxit Caſtrum

A Albaredi, & ſimiliter deſtruxit Moſſam, &
Turſim Roberti de Orte. Deinde equitavit
circa Caſtrum Ponti, quod tenebatur per Græ-
cos de Verona, Leniaci, & Toratii, & ipſum
Caſtrum expugnaverunt, nec ipſum habere
potuerunt. Et eo Anno Comes Rizardus cum
Mantuanis cepit Caſtra Pontis Poſſeri, Sancti
que Michaelis in capite Tejorij; & Thoma-
kinus de Clerexia, & Tajabafa fuerunt Poſte-
ſtes Verone & Cerete eo Anno.
MCCXXXV. die XVIII. Aprilis Domini Ni-
colaus, & Tixius Episcopi Regii, & Terviſii,
Legati Domini Pape Gregorii, fecerunt jurare
Comitem Rizardum, & Partem Monticulo-
rum, & Quatuor viginti in Sancto Martino,
& Sancto Michaeli in campane, & cum oſcu-
lo Pacis pacificati ſunt cum Domino Leonar-
do Naſcinguerſe, & aliis de parte ſua; &
predicti Legati aſſecerunt, & fuerunt ſupra
Portas Braide & Roſolorum. Et eo Anno
Rainerius Burgarello de Peruſio electus fuit
Poſteſ Verone per ipſos Legatos, & juravit
in Curte Palatii Communis Verone conſerva-
re libertatem Romanæ Eccleſie, & eiſdem
obedire mandatis. Eodem Anno XVII. Maji
Guidotus de Cortigio Episcopus Mantuanus
interfectus fuit ab Ugutione de Altaſolia, &
aliis Advocatis de Mantua. Et eo Anno Jo-
annes de Berardo, & Ventura Ingloberii, &
Zeno Ubertorum fuerunt Poſteſtes Verone
& Cerete.
MCCXXXVI. Aleardinus de Lendenaria
cum Parte Monticulorum, & Quatuor viginti
expulerunt Partem Comitis Rizardi de Verona,
& Rainerius de Burgarello tunc Poſteſ Verone
reddidit Arcem Gardæ, & Caſtrum Hoſti-
lie dictæ Parti Monticulorum, & Quatuor vi-
ginti; & licentiatus fuit ipſe Poſteſ de Civi-
tate Bonafacijs Comes de Panico electus fuerunt
Rectores Verone, & Henricus de Gazo Poſte-
ſtes Cerete. Et ſtatim duo filii Aleardini de
Capite Ponti, & multi alii tam milites, quam
pedeſtres de Verona fuerunt capti, & in vincu-
lis ſerſeis carceri mancipati. Et eo Anno Tur-
res, & Domus Vicecomitum Filiorum Deſide-
rati, Filiorum Bonaguſſe, Iſnardi de Gozo
Filiorum Peſſeri, Facini Ragofii, Cavalcaſelle
de Machacharis, Cavazanorum, Petri de Mu-
riolo, Zucherii, & Petriſſii deſtructæ fuerunt,
& in terram projectæ. Eodem Anno Caſtrum
Caſteſoni, quod erat in curte Colignole, da-
tum fuit Comiti Rizardo per Philippum filium
Bonadici. Et eo Anno III. Aprilis Benedictus
de Caſteſono de Gardeſana cum aliis Amicis
ex parte Comitis Rizardi acceperunt Arcem
Gardæ occulte de nocte, & interfecerunt Bo-
netum Notarium de Braida, qui tunc erat Ca-
pitaneus dicti Loci. Et ex Cuſtodibus, qui dic-
tam Arcem cuſtodiebant pro Domino Icerino
de Romano, & ejus Parte, fuerunt mortui & tradi-
ti et vulnerati plures. Et eo Anno XXII. Aprilis
filii Delphini de Piſcheria, & Martius Tortus
eorum Patrus dederunt Caſtrum Piſcherie Do-
mino Icerino de Romano, & Parti Monticulo-
rum, & Quatuor viginti pro tribus miſſibus li-
brarum Veronenſium parvorum. Et XVI. Maji
Gaboardus Nuntius Imperatoris Frederici venit
Veronam cum quingentis militibus, & cen-
tum Balſteris ad cuſtodiam Civitatis nomine
Imperatoris. Et eo Anno Dominus Icerinus de
Romano cum parte Monticulorum, & Quatuor
viginti cepit, & devicit Turſim & Caſtrum
Ba-

L 7 universo populo clamante et
ipsum eligente

1) i. g. glara, arena,
amphitheatrum Veronae.
p. fuit magna

1) i. c. Athefis

Et in medio dicte curie et festivitatis
seu ferie rectificatum fuit quoddam
refredum in medio carochorum civita-
tum predictarum;
Ning supra carochium
vicitus.

1) iniol.

Fest. predictus. || p. 40.

hic folio vid. f. XIII
Manuser.

FS 1. x
fti

L 1. not || p. 41

V. sequi p. delet.

1) recinsitis (re)
p. scu

L 7 om.

1) c.

L 8

L 1. not

cor

1) c.

L 1. not

1) c.

L 7 om.

L 1. not.

1) c.

|| p. 43.

1) carcerati

1) domos

1) om.

1) om.

1) c.

|| p. 44.

1) c.

1) p. c.